

semensis emanantur et ipsa inter bona et redditus prepositure communia et communes, de quibus prebende et alia ministrantur, deputentur computentur et habeantur. Predicta facio et ordino si prout et in quantum iure possum et omni modo et forma et iure, quibus melius possem, pro salute anime mee et precipue in recompensationem indebite per me commissorum et neglectorum quorumcunque et quomodocunque maxime in ecclesia Hildensemensi. Execucionem autem predictorum in presenti litera mea designatorum et aliorum omnium preterquam in casu mortis ante professionem et ad mortem relatorum in literis meis expressorum faciat capitulum ecclesie Hildensemensis, dum aliquis de casibus evenerit suprascriptis, omne illud pro eo acceptando, quod utilitatem prebendarum et aliorum ministrandorum concernunt suprascripta, rogans, ut domini nostri pro tempore prepositus et capitulum dignentur de memoria mea in vigiliis et missis peragenda post meam mortem pie ordinare, eciam si nichil ministrandum in ipsa memoria ordinetur. In huius rei testimonium presentem literam sigilli mei iussi appensione roborari. Datum in domo conventus montis sancte Marie Argentinensis ordinis Carthusiensis anno domini MCCC octuagesimo tercio die XXX mensis Julii presentibus religiosis viris dominis Tiderico de Navexen (?) priore, Johanne Nuwenwilre, Nicolao Monnich, fratribus predictae domus montis sancte Marie, et Eghardo Molderer, beneficiato in ecclesia Hildensemensi, testibus ad premissa rogatis.

Copie im Copialbuch des Hildesheimer Domcapitels, XV. Jahrh., im Staatsarchiv zu Hannover, p. 708.